Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dere quid possum? Manum meam po
nam super os meum. Quod locutus sum
semel: et ultra non adiciam. Capitulum. xl.
Respondens autem dominus iob
de turbine dixit. Accinge sicut vir
lumbos tuos: interrogabo te: et
indica michi. Numquid irritum facies
iudicium meum: condemnabis me ut
iustificeris? Si quidem habes brachium sicut deus.
et simile tonas tuo. Circumda tibi de
corem: et sublime erigere: et esto gloriosus
et speciosis induere vestitu. Disperge
superbos furore tuo: respice cunctos
arrogantem humilia. Respice cunctos
superbos: et confunde eos: et contere impios
in loco suo. Abscondere eos in pulvere si
mul: et facies eorum demergis in foveam:
ego confitebor quia salvare te possit
dextera tua. Ecce behemoth quem feci te
cum: fenum quasi bos comedit. Fortitudo
eius in lumbis eius: et virtus illius
in umbilico ventris eius. Adstringit
caudam suam quasi cedrum: nervi ves
tiorum eius perplexi sunt: ossa eius
velut fistule eius: cartilago illius quasi
lamine ferrei. Ipse est principium via
rum. Qui fecit eum applicabit gladium
eius. Quia montes herbas ferunt: omnes
bestie agri ludunt ibi. Sub umbra
dormit in secreto calami in locis hu
mentibus. Protegunt umbre umbram
eius: circumdabunt eum salices to
rrentis. Absorbebit fluvium: et non mi
rabitur: habet fiduciam quia influat tor
dans in os eius. In oculis eius quasi ha
mo capiet eum: et in naribus perforabit
nares eius. An extrahis potes leviathan
hamo: et funiculo ligabis linguam eius?
Numquid ponis circulum in naribus eis
aut armilla perforabis maxillam eius?
Nunquid multiplicabit ad te preces aut
loquetur tibi mollia? Numquid ferit
et tecum pactum: et accipies eum
semper servum? Numquid illudes ei sicut
avi aut ligabis illum ancillis tuis?
Concident illum amici: divident illum
negotiatores. Numquid implebis sagi
nas pelle eius: et gurgustium piscium
capite illius? Pones super eum
manum tuam. Capitulum. xli.
Memento belli: nec ultra addas
loqui. Ecce spes eius frustra
betur eum: et videntibus eum
cuncti prepitabit. Nemo quasi excitabit suscita
bit illum? Quis enim potest resistere
michi: et quis ante steterit michi
ut reddam ei? Omnia que sub celo
sunt mea sunt. Non pecam ei ubi
potentius: et ad depeccandum prosunt.
Quis revelabit faciem indumenti
eius? In medium oris eius quis in
trabit? Portas vultus eius quis a
perit? Per gyrum dentium eius form
idor corporis eius quasi scuta fusilia: et pac
tum squamis se prementibus. Una
una adiungitur: et ne spiraculum quidem
incedit per eas. Una adhesit altera:
et tenentes se neque separabuntur. Sternutatio
eius splendor ignis: et oculi
eius ut palpebre diluculi. De ore eius
lampades procedunt: quasi fiat ignis
accensi. De naribus eius procedit fumus
quasi olle succensi atque ferventis. Alitus
eius prunas ardere facit: et flamma
de ore eius egredietur. In collo eius mo
rabit fortitudo: et faciem eius precedit
egestas. Membra carnium eius coh
erentia sibi: mittet ira eius quasi fulmina:
et ad locum alium non flectetur. Cor ei
indurabit quasi lapis: et stringetur quasi
malleatoris incus. Cum sublatus
fuerit timebunt angeli: et territi purga
buntur. Cum apprehenderit eum gladius
subsistere non potest: nec hasta. nec
torax. Reputabit enim quasi paleas.